



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Obedientia & diligentia in studendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

Obedientia & diligētia in studiendo. Virginis, genium suum defraudarat. Sic dī-
cto audiens, sic studijs erat addictus, vt vix

aut à Superiore aut à Magistro fuerit vel le-
niter inflectendus, nedium reprehendendus;

quæ omnia iuratus affirmat Superior eius

Testimonia P. Petrus Emmericus. Amplius verò, is quo
*Moderato-
ris & Ma-
gistrī.* Magistro vtebatur, magnas addit ingenij
eius ac docilitatis laudes, sed multò maxi-
mas morum, Christianarumque virtutum.

Habebat, inquit ille, innocentiam purita-
temque tam singularem, vt ne nomen qui-
dem nosset eorum vitiorum, ad quæ procli-
uis ferri hæc ætas solet; nec secùs ac pestem,
amicitias eorum, qui licentiores erant, ab-
horrebat, ne qua mentem labecula contami-
naret: scholisque egressus, in studia statim se

*Multus in templo, nul-
lus in foro.* abdebat. Nusquam atq; in templo frequen-
tior, nec usquam quām in foro rario. Ex
quo cultum religionemque in Virginem san-
ctissimam didicerat, ex eo quoque à Virgine
videbatur inuicem in curam patrocinium-

*Quod pri-
mū ab eo
carmē com-
positum.* que susceptus. Cùm primū versus Latinos
pangere cœpisset, permisus, inquit, à me est,
pro libitu argumentum sibi sumere, & ille

de IESV nomine poëma facere instituit; quo
tantam affectuum teneritatem expressit, vt
haud obscurum indicium fecerit, aliquando
in IESV Societate se futurum. Archipresbyter
Diesthemensis cùm semel accurate interio-
ra

*Archipre-
sbyteri de
Ioanne te-
stimonium.*